



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

29. S. Petrus Martyr

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

vidit. Quem pœniteat, multa, & magna sustinuisse in obsequium Christi, & S. Evangelii?

*Instructio meritoria.*

Pro Conversione totius Americæ, aliarumque provinciarum in tenebris superstitionum, & idololatriæ ingemiscendum tres visitationes ecclesiæ ac altarium instituamus, & 12. Pater & Ave persolvamus. Unam animam servâsse Christo, opus divinum est. Quis præmia enarrabit?

Festum S. Petri Martyris ex Illustri S. Dominici familia.

**EXHORTATIUNCULA I.**

**S**i unquam quis Italia decus, & hæreticorum extitit malleus, fili! bunc S. Petrum fuisse credamus. Vix Septennis, suo jam Patruo hæretico symbolum apostolicum recitavit lætanter diceni: *Credo in Deum Patrem omnipotentem.* Sic Deus perficit ex ore infantium, & lactentium laudes propter inimicos suos, ut destruat inimicum, & ultorem.

*In-*

*Instructio meritoria.*

Gaudeamus in solemnitate hodierna,  
 & ut omnes parvuli in articulis fidei san-  
 ctè instruantur, & soli Christo enutriam-  
 tur, oremus 34. *Pater & Ave cum Cre-  
 do.* Ec hæc in honorem Ætatis Jesu.  
 Hac & annis Christi firmabitur labilis ju-  
 ventus.

## II.

**T**entatus hic sanctus quid agit? Co-  
 ram Imagine Beatissimæ Virginis  
 Mariæ prostratus petiit constantiam.  
 Mox vocem audire: *Rogavi pro te Pe-  
 tre, ut non deficiat fides tua.* Fili! fa-  
 cilè, quin & dulce est tentari, ubi talis  
 Mater est, quæ adjuvat. Sine tentatio-  
 ne miseri sumus: miseriores tamen,  
 nec ad Jesum, nec ad Mariam converta-  
 mur afflitti.

*Instructio meritoria.*

In quacunque tentatione hodie su-  
 stinenda, aut ad templum, aut coram  
 S. Icone in cellula flectamus, Mariæ ten-  
 tationem commendemus orantes hym-  
 num Marianum: *Ave Maris stella.*  
 Cum formula votiva. Audeamus, quod  
 decet

decet filios. Matrem se esse probabit  
Maria.

## III.

**O**Tium oderat ceu infernum alterum. Nullus S. Petro sine linea dies. Vivere illius aut legere, aut orare, aut ægris famulari, aut laborare manibûs erat. Fili! sic occupantur devotorum animi. Exuimus bonum Christianum, si amaverimus otium. Otium ô quām lethale animæ, ac virtutis toxicum!

*Instructio meritoria.*

Somno, & recreationi unum nobis subtrahamus quadrantem, quem aut piis precibus, aut spirituali alicui annotationi impendamus. Ut verò acquiramus horrorem omnis otii perfectum, officium recitemus de Dulcissimo Nominе Jesu. Indignus gaudet hoc Nominе, qui non facit opera Christi. Et illa ô quām sancta, atque perfecta!

O

Fe-